



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

VI. Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

c. 3. & 5. h. t.
 rione, veluti, *Contraho tecum*, si centum
des in dotem, vel si consentiat pater, suspen-
 ditur ejus obligatio in eventum condi-
 tionis. Deficiente vero conditione, tam
 neque sunt sponsalia, neque matrimo-
 nium: nisi, antequam deficeret, quis con-
 suetudinem habuerit cum ea, quam sub
 conditione ejusmodi sibi desponsavit,
c. pen. & ult. eod. quia intelligitur à conditione recessisse,
 consensisse in matrimonium.

Qui Clerici vel voventes matrimo-
 nium contrahere possint.

TIT. VI.

Qui prohibentur contrahere?

c. 1. 2. & ult. h. t.
Qui vel sacris ac majoribus Ordini-
 bus sunt initiati, ut Presbyteri,
 Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi; non e-
 tiam in minoribus constituti: vel solen-
 niter Religionem monasticam professi,
 & matrimonium à talibus contrahendum
 est ipso jure nullum.

Quid si qui non voverint solemniter?

Graviter quidem tales peccant, si
 sponsalia, sive etiam matrimonium

contrahant; quia faciunt contra votum simplex, quod coram Deo æquè obligat atque solemne; sed matrimonium, quod quis post votum simplex contraxerit, *6.4.5.6. per. 601* non dirimit. Et hoc est, quod dici solet, votum solemne non tantum impedire matrimonium contrahendum, sed & dirimere contractum; votum vero simplex impedire quidem, quo minùs contrahatur, non dirimere tamen quòd contractum est.

De eo qui duxit in uxorem, quam polluit per adulterium.

TIT. VII.

Si quis, vivente adhuc uxore, aliam polluerit adulterio, an cum tali adultera poterit contrahere, uxore sua legitima mortua?

Non poterit, utique his duobus casibus. I. Si & cognoverit seu polluerit aliam adulterio, & insuper eidem fidem dederit de contrahendo matrimonio, vel de facto contraxerit, *con. 2.2.4.6. s. h. 111.* conjugè sua legitima adhuc vivente. Nam ob solum adulterium contractum polluit cum adultera, conjugè legitimâ mortuâ,
O 2